

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Decima d
cum fontibus proximo et primis

Quia non reddidistis decimas et primitias,
idcirco in penuria et fame maledicti estis
quia

dum parua subtrahitis,
ubertatem possessionum uestrarum
et totam habundanciam frugum perdidistis.

Sciatis uos ideo perdidisse habundanciam
quia fraudastis me parte mea.

Moneo ergo ut reddatis michi mea
et ego restituam uobis uestra.

Ieronymus in glossa super illud Malachie III.:
Inferte omnem decimam et cetera.
Et ponitur XVI. questione I.: Reuertimini.

In decimis et primitiis.

Quia non reddidistis decimas et primitias.
idcirco in fame et penuria maledicti estis.
idest afflicti: et

dum parua subtrahitis
ubertatem possessionum uestrarum:
et totam abundantiam frugum perdidistis.

*Glossa ordinaria, liber Malachiae, 3.interlin. (Biblia
Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).*

Inferte. Ut

sciatis vos ideo perdidisse. Abundantiam
quia fraudastis me parte mea
moneo ut reddatis mihi mea:
et ego restituam vobis uestra.

*Glossa ordinaria, liber Malachiae, 3 (Biblia Latina
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).*

Quia mihi non reddidistis decimas et primitias,
idcirco in fame et penuria maledicti estis,
et uos me supplantatis, siue fraudatis atque priuatis,
gens tota.... Et pro decimis et primitiis,
quae parua erant, si a uobis darentur,
ubertatem possessionum uestrarum
et omnem frugum abundantiam perdidistis.
→ Vt autem sciatis, me hoc irascente perfectum,
quia fraudastis me parte mea,
hortor uos, atque commoneo, ut inferatis decimas in horrea,
hoc est in thesauros templi, et habeant sacerdotes atque Leuitae,
qui mihi ministrant, cibos;...

← Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in prophetas minores,*
in Malachiam, 3.8/12 (CCSL 76A, M. Adriaen ed., p.935,
ll.294-307). cf. Gratianus, Decretum, 2.16.1.65 (Corpus iuris
canonici, A. Friedberg ed., col.783).

Inferte. Ut

sciatis vos ideo perdidisse. abundantiam
quia fraudastis me parte mea
moneo ut reddatis mihi mea:
et ego restituam vobis uestra.

*Glossa ordinaria, liber Malachiae, 3 (Biblia Latina
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).*